Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Solutio.
Primo homines arbitrati sunt dominum
nisi missos. et in quibus deus esset.
postea vero experierunt angelos esse.
Quaeritur quomodo angeli insumptis corpori-
bus comedere potuerint. Non enim
sic habebant unita corpora illa.
ut anime hominum habent unita cor-
pora. Unde nec animata erant nec
sensibilia illa corpora. nec ledi po-
terant in illis angeli.
Solutio. Non comedebant an-
geli more animalium. sed sicut ig-
nis quod sibi apponitur consumit et
in nichilum redigit. sic et ille con-
sumptus est operatione illorum. aut
ipsi in fecerunt quod uolebant.
Item quaeritur quomodo cum angeli essent. tribus
uisis unum eos in fide trinitatis et
unitatis adorare potuit abraham.
Solutio.
Diuina reuelatione cognouit in
illis misterium trinitatis et unitatis.
Quorum enim animalium et cetera. Hic ex-
positor quod per duplicem allegoriam
probat quod corpus Christi non est comeden-
dum. ab his qui tabernaculo de-
seruiunt. Sed cum unus sit sensus
utriusque historie quomodo per dupli-
cem allegoriam probat hoc? Quid
est allegoria? Nonne spiritua-
lis sensus? Sed ubi unus sensus. quomodo
duplex est allegoria? Solutio.
Per duplicem allegoriam. id est per
allegoriam de duplici ~~historia~~
historia surgentem. Vel allegoria
dicitur significans et significatum. hic
ponitur pro significante. Quid est
ergo per duplicem allegoriam. nisi per du-
plicem allegoricam historiam scilicet
unam ueteris. et alteram noui testa-
menti.